



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

128. Fer. 3. De bonis, quæ Evangelium promittit in hac vita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Conf. 3. Et fructum afferatis. Fructus noster est charitas; quia fructus Spiritus charitas, quæ modò est in desiderio, postea in saturitate. *Et fructus vester maneat operando, perseverando.* Et ne id molestum sit, promissis nos excitat, quæ electis suis imitantibus vitam suam pollicetur daturum se in hac & altera vita, prorsus admirandis, propter quæ ipse Filius Dei exultat, Luc. 10. *In ipsa hora exultavit in spiritu sancto, de salute humilium, quibus loquebatur, gratias agens, ut ostenderet dilectionem in nos. Confiteor tibi Domine Pater celi, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis: etiam Pater, quoniam sic placuit ante te. Agam & ego gratias pro tuis beneficiis spe.*

MEDITATIO GXXVIII.

Fer. 3. Dom. in albis.

De bonis, quæ Evangelium promittit in hac vita.

Aspiciam Dominum dedignantem terrena promittere, sed tantum adijcere. *Math. 6. Hæc omnia adijcientur vobis: promittentem verò spiritualia in hac vita fidem, & dona Miraculorum. Marc 16. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequetur, &c.* Petam intelligere promissa hujus vitæ, & fructum inde colligere.

K 4 Conf.

Conf. 1. Quomodo habentibus Fidem not
 majorem, quàm sic granū sinapis, Matth. 17.
 Marc. 11. Luc. 17. cum opus erit, datur po-
 testas transferendi montes, & nihil impos-
 sibile erit vobis, ait Dominus. 2. Addit po-
 testatem supra dæmonia, Luc. 10. *Ecce dedi*
vobis potestatem calcandi supra serpentes &
scorpiones: & super omnem virtutem inimicis
 id subjungit, ne putares dictum de bestiis,
 notat Chrysof. 3. Addit majorem effectum
 potestati, quàm ipse exercuerit: *Amen, Amen*
dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio,
& ipse faciet, & majora horum faciet. Joan. 14.
 Ostendit non solum posse, sed quod est mi-
 rabilius, posse alijs dare, ut majora faciant:
 potestine potentia excogitari major? Hinc
 illa miracula in Ecclesia, & potestas in infe-
 ros, & superos.

Conf. 2. Nihil præstantius est sapientiâ,
 quam præposuit omnibus Sapiens, Deo sen-
 tentiam approbante: at Filius Dei quantam
 offert sapientiam suis, Luc. 21. *Ego, inquit,*
dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt
resistere, & contradicere omnes adversarij vi-
stri: homines & dæmones. Et Joan. 16. pro-
 mittit, se missurum ipsum Spiritum sanctum,
 qui cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit
 vos omnem veritatem. Hinc quanti in Ecclesia
 Doctores!

Conf. 3.

Conf. 3. Quomodo Dominus addat scientiam futurorum, Joan. 16. *Et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.* Hinc illa prophetiæ. Annuntiabit autem non solum, quæ futura in tempore, sed magis æterna, quorum amore inflammabor ad obsequendum Deo: ad nihil enim ita avidum genus humanum, ut ad sciendum futura. Ideo nobis Dominus annuntiat & futura mala, quæ propter fidem ferenda, & gaudia cælestis patriæ consecutura, ut alacrius feramus momentaneum. & leve tribulationis.

MEDITATIO CXXIX.

Feria 4. Domin. in albis.

De majoribus bonis spiritualibus promissis in hac vita.

Audiam Dominum adhuc majora, melioraque promittentem suis bona, Luc. 10. *Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in celo: non enim est necessarium meriti ejus, qui operatur miracula, quia quidam eorum numerantur inter operarios iniquitatis: sed gaudendum de regno virtutum, quod Christus suis pollicetur. Petam hoc regnum intelligere, & consequi.*

Conf. 1. Quam magna bona virtutis & gratiæ nobis pollicetur sit, & largitus: Luc. 4.

K S Spiritus